





35. 1670, 48
I. N. S. S. T.
DISPUTATIO JURIDICA
DE
SUCCESSIONE
CONVENTIONALI,

EX
Jure Civili, Canonico, Feudali & Saxonico depromta,

Quam
AUCTORITATE
MAGNIFICI FACTORUM ORDINIS
IN ILLUSTRISALANA,
PRÆSIDE

DN. JOHANNES STRAUCHIO,
MAGNI NOMINIS JCTO, SERENISSIMORUM
SAXONIÆ DUCUM, NEC NON CELSISSIMI PRINCIPIS, DN.
FERDINANDI ALBERTI, DUCIS BRUNSVICENSIS ET LUNEBUR-
GENSIS &c. CONSILIARIO, FACULTATIS JURIDICÆ SENIORE,
EJUSQUE UT ET SUPREMI DUCUM SAXONIÆ JUDICII ET
SCABINATUS ASSESSORE GRAVISSIMO &c.

DN. PATRONO, FAUTORE AC PRAECEPTORE SUO OMNI
HONORIS CULTU DEVENERANDO,

PUBLICÆ ERUDITORUM DISCUSSIONI EXPONIT
JOHAN. CASP. Kauffmann / SCHWARTZBURGENSIS,
AUCTOR ET RESPONDENS.

Ad diem Septembr. Anni 1670.
HORIS LOCOQUE CONSUETIS.

JENÆ, Literis WERTHERIANIS.

DISPUTATIO JURIDICA

SUCCESSIO

IN RE COMMUNI

TIONALI

AVTORE CAROLO FRIDRICHO SCHWARTZIO

ALUMNO

UNIVERSITATIS HALLENSENSIS

ANNO 1784

DR. JOHANNES STURM

RECTOR

UNIVERSITATIS HALLENSENSIS

RECTOR

UNIVERSITATIS HALLENSENSIS

RECTOR

UNIVERSITATIS HALLENSENSIS

RECTOR

UNIVERSITATIS HALLENSENSIS

RECTOR

UNIVERSITATIS HALLENSENSIS

RECTOR

UNIVERSITATIS HALLENSENSIS

RECTOR

UNIVERSITATIS HALLENSENSIS





I. N. S. S. T.



Um plerique tractationem alijus materiæ suscipientes, aut de ejus utilitate & dignitate declamare, aut de ratione ordinis, seu methodi, præfari soleant; Ego quoque, ne illotis quasi manibus solennem hanc de successionem conventionali materiam aggredi videar, paucis, quâ ratione in declarandâ eâ versaturus sim, omisâ ejus commendatione, cujus utilitas quotidiana & frequens est, ac se ipsam ostendit, cum etiam sol facibus illustrari non debeat, *c. si omnia. 7. caus. 6. qu. 1. dicam.* Verissimum enim est illud Baldi, *in tractatu Schismatis*; quod ordo sit modus agendi, sine quo nihil rectè agitur: & ea quæ ordinariè traduntur, non solum facilia & perspicua redduntur, quo dilucidius intelligantur, ut dicitur *in L. 1. ff. de doli except.* sed etiam facilius memoriæ, (quæ aliàs labilis est, *l. peregrè 44. ff. de acquir. poss.*) in hærent. Et glossator inquit *in §. igitur. sub verb. Easdem. proæm. Instit.* Ordinem seu divisionem materiæ, animum legentis incitare, mentem intelligentis præparare, & memoriæ artificiosè reformare, præsertim quando materiæ latè patent & diffusè traditæ sunt; sicuti etiam de hæc materiâ propositâ varia & diversa jura reperiuntur. Quare ut ea rectè intelligantur, & materia proposita dilucidior & facilior reddatur, hinc eâ procedam methodò, ut hanc dissertationem meam in quinque dispescam capita, & quidem in I. præmittam pauca de
A 2 cjus

ejus Etymologiâ, Homonymiâ, Synonymiâ, Definitione ac Divisione. In II. agam de successione conventionali, Jure Civili licita, an illicita, & quatenus licita sit? In III. quatenus Jus Canonicum concedat? In IV. tradam Juris Feudalis de hac materiâ sententiam, ac in V. & ultimo, quid de hac Jus Saxonum statuatur? addam. Te verò, æterne Deus, per quem omnes nostræ actiones ad bonum tendunt finem, supplex veneror, velis manum & mentem ita dirigere, ut veritas illuminetur, & in nominis tui gloriam propagetur!

C A P. I.

DE

Etymologiâ, Homonymiâ, Synonymiâ, Definitione ac Divisione.

§. I.

Quod ipsa vis ac substantia rerum ex proprietate nominum investigetur, testatur Faber *in ration. de Just. & Jur. lit. 6.* Item Jctorum Princeps Ulpianus, *in l. 1. pr. ff. de J. & J.* Præterea vera cujuscunque disciplinæ etiam hæc sit ratio atque ordo, ut à scientiâ verborum initium fiat, quippe quæ rei propositæ vim demonstrat, ab omni ambiguitate liberat, ac rem non mediocriter illustrat. Coras. *ad L. 1. ff. de J. & J. Gædd. ad rubr. Tit. ff. de V. S.* Quorum & ego vestigia legens, dissertationis hujus vestibulum, brevem vocabulorum *Successionis conventionalis* explicationem esse volui.

§. 2.

§. 2. Quantum ad Etymologiam seu derivatio- Etymolo-
nem vocabulorum primò attinet, in eâ dilucidandâ, ut gia.
diu moremur, operæ pretium haut erit, præsertim cum
cuivis obvium sit, quòd originem trahat *successio*, à verbo
succedere, succedere autem à præpositione *sub* & *cedere*,
quasi dicas *subcedere*, mutato b. in c. euphonias gratiâ;
sicuti etiam in *succumbo* & aliis fit. Rationem eupho-
nias nobis dat Voss. *libr. ult. part. orat. c. 1. §. 11. Conve-*
nire autem, unde *conventionalis*, est à præpositione inse-
parabili *con* & *venire*, quasi simul venire cum aliis in
unum locum. Vide Calvinum & alios Lexicographos,
quos apud invenire est.

§. 3. Venit nunc recto ordine consideranda vocabulo- Homony-
rum horum Homonymia, & quidem *successionis*. Succ- mia.
cedere autem multifariam accipitur. Interdum (1.) pro-
sperum, quandoque etiam minus felicem eventum signi-
ficat; sic omnia ex sententia succedere dicuntur. (2.)
Interdum succedere est in locum alterius rei venire, vel
subductâ priori re, locum hujus ingredi & explere, quâ
significatione ad omnes res accommodari potest. (3.) Ali-
quando succedere ad personas solummodo refertur. Est
autem successio personarum, cum priore personâ remo-
tâ & subductâ, in locum ejus alia surrogatur. *Vid. l. 10. pr.*
ff. de off. proc. l. 56. de Legat. 2. l. 49. in fin. de judic. (4.) In
successione hereditatis, vel bonorum possessionis succe-
dere dicitur, cum is, qui inferiorem & remotiorem lo-
cum tenet, in viciniorem & superiorem locum ascendit,
l. 28. §. filius ff. de lib. & posth. l. 29. §. videndum. eod. l.
13. pr. ff. de Injusto rupto & irr. test. (5.) Quandoque suc-
cessio ad res pertinet, cum quis respectu personæ, in re
aliqua succedit *l. 3. ff. quæ res pign. l. 4. ff. de magistr. conv.*
l. 6. ff. de jure fisci. (6.) Usitatus autem & frequentius re-

rum successio in jure nostro ad acquisitionem refertur, vel universi Juris, quod defunctus habuit, vel rei alicujus singularis. Et hac ultimâ significatione sumitur *successio* in hac nostrâ materiâ. De Homonymia *Conventionalis* seu *convenire*, nunc paucis etiam videamus. (1.) autem *convenire* sumitur pro in jus vocare. *l. 45. ff. de rei vind. l. 7. C. de prescript.* (2.) *Convenire* in matrimonium dicitur mulier, quæ nubit. Papinian. *l. 121. §. 1. ff. de V. O.* (3.) *Convenire* propriè est debitorem appellare. Cajus *l. 41. ff. de hered. pet.* Si quò tempore conveniebatur possessor hereditatis, pauciores res possidebat. (4.) Sumitur pro eò, quod pacto firmatum est. *l. tale pactum. §. qui provocavit. ff. de pact.* Et hæc significatio est hujus loci.

Synonymia.

§. 4. Successioni autem conventionali æquivalet pactitia institutio, item irregularis successio. Nonnulli etiam anomalam, quandoque anormalam successionem & extraordinariam appellitant. Vid. Magnif. Dn. Struv. *Exercit. 38. n. 46.*

Definitio.

§. 5. Definiunt nonnulli successionem conventionalem, quod sit singularis hereditatis acquisitio, certâ conventionem, constituto successori delatæ. A Saliceto & Jafone hæc successio voluntas quædam intestati dicitur, quæ pacto declarata, ultimæ voluntatis, supremique judicii elogium suo modo æmulatur. *Arg. l. 5. verb. vice testamenti. C. de pact. conventis. l. 19. verb. vice postremi judicii. C. de pact.*

Divisio.

§. 6. Cæterum successionis hujus, locorum consuetudine & paciscentium arbitrio, varia omnino est, darique potest figura, cujus quatuor constituunt species aut modos, Zasius, Borch. Gædd. & alii, tres ex *l. fin. ff. de Leg. Pet. Greg. Tholos.* Concinnius pacta illa successoria, ad duo genera revocat Magnif. Dn. Doctor Strauch, Præ-

ses

tes & Meccenas meus observant: *In dissert. ad univers.*
Jus Justin. diss. XII. §. 9. Quorum aliud dicit de succeden-
do, aliud de non succedendo, illud affirmans, hoc negans.

§. 7. Utrumque quidem hereditariæ acquisitioni
inservit, qui enim aliàs successorium communeque
genus *μελετητὸν* foret, & *συναπόμωσ ηἰς ἰστίαν* de utroque præ-
dicaretur? Ut requirit Arist. Top. 4. c. 3. Sed modus ac-
quirendi alius & diversus est; in illo immediatè expe-
ditur conferendo, in hoc mediatè non auferendo, remo-
tò separatòve eò, qui auferre, impedireque poterat ac-
quisitionem, quod dum attenditur, illud affirmatè, hoc
negatè, si non verbis, utique sensu proponitur, quâ ra-
tione quoad effectum principalem à se invicem nihil,
in cæteris multum differunt. Breviter igitur hisce con-
sideratis ad caput secundum progredior.

CAP. II.

DE

Jure Civili an hæc successio lici- ta, an illicita, & quatenus sit licita?

§. 1.

Juri Romano, consona & analoga est, hominis volunta-
te expressâ, testamento, aut præsumtâ, ab intestato de-
lata successio, & eâ mediante hereditas. *l. 1. in pr. ff. fam.*
ercisc. l. 1. ff. de hered. pet. §. fin. Instit. per quas pers. cuiq̃
acquir. Accessit hisce modis successionum, invitâ Ju-
risprudentiâ Romanâ successio conventionalis. *l. pa-*
ctum is. C. de pact. l. 4. C. de inutil. stip. Quia illud resi-
stet bonis moribus, *l. licet C. de pactis: l. stipulatio 61. ff.*
de V. O. Continet deinde plerumque votum captandæ
mortis, ergò aliquam peccandi occasionem adfert, ut
di-

dicit Vasq. de success. progressu. l. 3. §. 28. n. 11. Ideoque peccati esse nutritiva, dixit Salic. ad l. pactum quod dotali. C. de pact. & post eum Socin. Jun. cons. 44. n. 29. l. 2. Cacheranus decis. 100. n. 3. Et Hippol. Riminald. in cons. 164. n. 41. Item in l. Quidam §. 1. ff. de donat. Dicitur esse improbus, qui est sollicitus de hereditate viventis. Quia etiam hac successio liberam testandi facultatem adimit, l. pactum. & d. l. licet. C. de pact. l. hereditas. C. de pact. conv. quæ tamen juris est publici, l. 3. ff. quæ test. fac. poss. Neque ideò in privatorum commercio. l. jus publicum ff. de pact. Ergo sive de succedendo, sive de non succedendo pactum fuerit cum eo, de cujus hereditate agitur, pactum nullius erit momenti. Magnif. Dn. D. Strauch. d. loc. & d. diss. XII. §. 9. Quin imò odiosa & improba prorsus illa pactio. l. fin. C. de pact. l. 2. §. 2. in fin. ff. de vulg. & pup. subst. pœnæque obnoxia, quia paciscenti etiam debita, quasi indigno, aufertur propterea hereditas, l. 2. §. fin. ff. de his quæ ut indign. auf. l. 30. ff. de donat. Adeoque nec juramento firmetur. l. non dubium C. de leg. Etiam neque statuto aut consuetudine firmari posse contendunt DD. in cap. quamvis de pact. in 6. & in l. stipulatio hoc modo concept. ff. de V. O. Et in l. fin. C. de pact.

§. 2. Quod autem plurimi DD. nec statuto aut consuetudine hujusmodi pacto robur adjici posse statuunt, Germanorum & Gallorum moribus, plurimum civitatum statutis, jamdudum refutatum autumo. Vera enim & princeps ratio prohibitionis hujusmodi pactitiæ successione, cum à præscripto potissimum legis civilis dependeat, quæ testamento, non etiam pactis hereditatem dari decernit, d. l. 5. C. de pact. conv. l. 120. l. 130. ff. de V. S. consequens est, Romano quod jure constitutum, alio posse jure legeque municipali aut consuetudi-

tudine subverti, §. *sed naturalia ii. Instit. de J. N. G. & C. Nov. Leon. 19.* Quemadmodum ipsum etiam jus civile pacto commilitonibus mutuam successionem deferri concessit. *l. licet. 19. C. de pact.* Unde liquet gentium contra jus bonosque mores naturales nihil committi, pactione si quis alteri jus suum vel hereditatem suam conferat; qui enim quod naturalis ratio apud omnes constituit, à militibus non custodiretur? *pr. & d. §. ii. inst. de J. N. G. & C. l. 41. §. 1. ff. de test. milit.* Quam sententiam pluribus aliis fundamentis nervosè tuetur Harprecht, *tract. de success. ab intest. in pr. n. 27. & seqq.* Eandemque amplectitur. Magnif. Dn. Struv. *Exercit. 38. sb. 46.* Item Treutl. *Disp. de pact. Th. 8.*

§. 3. Inveniuntur etiam alii casus, in quibus pactum hoc etiam valet, ut in mutuo & vicissitudinario pacto, puta si inter duos vel plures conventum sit, ut alterutro mortuo sine liberis, ad superstitem bona perveniant, tale pactum valet ex eâ ratione, quia mutuum & reciprocum est, tollens sinistram illam suspicionem desiderandi mortem alterius, *Gail. l. 2. obs. 126. n. 2. Salicet, l. ult. n. 3. & seqq. C. de pact.* Jason. *in L. stipulatio hoc modo concepta, 61. ff. de V. O. n. 19.* Ampliationem hanc addit *Gail. d. l. n. 4.* quod pacta vicissitudinaria de succedendo in vim donationis valeant, ut neque traditione, neque insinuatione opus sit, gloss. approbata *in l. licet C. de pact. in verbo: mortis.* Oldrad. *conf. 139. n. 14.* Boër. *decis. 355. n. 4.* Quid? quod pacta hæc tam firma sint, ut revocari nequeant, ne ob ingratitude quidem, quia vim permutationis habent, ideoque magis venditioni, quam donationi comparantur, & in iis incertitudinis ratio, dubiusque eventus consideratur. gloss. *in l. quod autem §. si vir. & uxor. ff. de donat. inter vir. & uxor. in*
B
verbo.

verb. donationum. Oldrad. *d. cons.* 139. Boër. *d. decis.* 355.
Etratione incertitudinis licitum foret, quod aliàs in
casu certo illicitum foret. *text. in l. ea pact. C. de usuris.*
gloss. ibid. in verb. conducta, text. in l. si eâ lege, & in l.
oleo C. eod. tit.

Prof. Hünig.

§. 4. Sic etiam in multis Germaniæ locis moris
non insolentis est, conjuges tabulis dotalibus sibi de
mutuâ & reciproçâ successione, alterutro sine liberis
mortuo, prospicere. Ubi cum primis inquirendum an
ejusmodi conventio vicissitudinaria successione fiat
promissione per stipulationem, causa donationis inter
vivos, an vero simplici promissione per pactum de suc-
cessione reciproca? Primo casu valet promissio; quia
non est pactum futuræ successione, ut dixi, sed obli-
gatio descendens ex contractu de præsentis intervivos
celebrato, licet effectum post mortem sortiatur, ideoq;
valet & tenet irrevocabiliter. Curt. Junior. *cons.* 81. n. 3.
Jafon. *in d. l. stipulatio hoc modo concepta, n. 19.* Boër. *de-*
cis. 358. n. 2. Ergo bona talia in pactum deducta, statim
ex obligatione, & ex causâ donationis inter vivos de-
bentur, sed exactio ob conditionem appositam, ad tem-
pus mortis differtur & suspenditur. Hinc est, quod do-
nationes & pacta reciproca inter conjuges, statim con-
stante adhuc matrimonio valeant: puta quod alterutro
conjugum mortuo, superstes, liberis non extantibus,
defuncto conjugum succedat; sicut quotidie in pactis do-
talibus hujusmodi conventiones fieri consueverunt, quæ
de jure validæ & firmæ sunt, per *text. in l. quod autem. §.*
si vir. & uxor. ff. de donat. inter vir. & uxor. Bald. *in l.*
si pater puella. n. 2. C. de inoff. test. Salicet. *ibid. n. 1.* Ol-
drad *cons.* 139. *per tot.* Et hoc sine ullo personarum di-
scri-

scrimine procedit etiam inter ignobiles & rusticos. Boër.
d. decis. 358.

§. 5. Secundo casu, quando nimirum simplici tantum promissione pactum de successione reciprocum fit, E.g. quando duo, pluresve invicem paciscantur, ut alter alteri, deficientibus liberis, succedat, talis fraternitas & societas, tanquam pactum futuræ successione inter privatos atque ignobiles, (quid de nobilibus atque illustribus sit dicendum, videre in capite quarto licet) utroque jure prohibita est, ut notant DD. in c. quamvis. de pact. in 6. & in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de V. O. & in l. fin. C. de pact. Gail. l. 2. obs. 126. n. 7. Et ex hoc casu oritur fraternitas, quam nonnulli privati contrahunt, quando conveniunt, de se tractando ut fratres, eamque conventionem juramento confirmant, Jason in l. quidam cum filium n. 5. vers. item istam legem. ff. de V. O. Alexand. in l. si pater tuus n. 5. C. de hered. Inst. Ex quo societas jus quoddam confraternitatis infert, l. 63 in pr. ff. pro soc. Zaf. vol. 2. cons. l. n. 6. Quâ ex conventionem fratres dicuntur jurati, geschworne Brüder/ fraternitate hac non raro per mutuam computationem initâ & adscitâ, quæ licet effectu suo haut destituatur, arg. l. nemo dubitat. §. qui fratres ff. de hered. Inst. Alber. Gent. l. 3. de jure belli. c. 18. Alexand. cons. 141. Reverâ tamen fratres non facit, adeoque quoad successionem ab intestato parum momenti habet. l. 7. C. de hered. Inst. l. jura sanguinis ff. de R. I. L. jus autem agnationis ff. de pact. Andr. Gail. d. obs. 126. n. 7. Alexand. cons. 28. n. 5. vol. 3. incip. ponderatis verbis. Boër. decis. 355. Quare nec querelam infert inofficiosi testamenti eo casu, quo in linea transversali aliâs querelæ huic inter fratres locus est, quippe quæ in successionis jure est fundata. l. fratres. l. sorores. 27. C. de inoff. test. Rick. de

Geschworne Brüder.

unione prol. c. 6. n. 46. & seqq. Nec etiam attingit eam
sanctio juris Saxonici, wenn sich das Erbe verbrüderet oder
verschwestert. Landr. l. 1. art. 1. & Gloss. Weichbild. art. 63.
n. 6. Quo id juris introductum, ut non extantibus in li-
neâ collateralis fratribus & sororibus, proximiores succe-
dant consanguinei Gloss. art. 27. Landr. & art. 36. Weich-
bild.

§. 6. Minorum gentium etiam qui sunt, non ra-
ro pactum ineunt unionis seu pariationis prolium, die
Einkindschafft/ quo parentes ad alia vota anhelantes, se-
cundum provinciæ cujusque statuta, coram ordinario
magistratu, cognatorum, eorumve, quorum interest, as-
sensu explorato, de hereditate suâ, inter diversi matri-
monii liberos communicanda, solenniter paciscuntur.
Jacob. Rickius & Musc. *sing. tr. de un. prol.* Hujusmodi
uniones prolium passim in Germaniâ, aliisque provinci-
is, consuetudine receptas, vel statuto comprobatas esse,
testatur Gail. l. 2. *obs.* 125. n. 1. Requisita ad hunc contra-
ctum necessaria, vid. ap. nom. Gail. d. l. n. 5. ubi *num. 6.*
addit, quod hisce solennitatibus ex forma statuti concu-
rentibus, dubitandum non esset, hujusmodi unionis
contractum, etiam de jure communi, ad exemplum
adoptionis vel arrogationis subsistere, atque in Camerâ
comprobatum & receptum esse. Solennia ac formulas
unionis recensent Philip. Meist. & Joh. Rud. Sattler, *suus*
in thes. notar.

§. 7. Item valet pactum hoc successorium, si quis
jus succedendi sibi competens paciscendo, protestando,
vel stipulando conservavit, aut reservavit. Pruckm. *conf.*
9. n. 112. vol. 2. Ernest. Cothm. *conf.* 8. n. 38. & *seqq.* vol. 1.
Berlich. *part. 3. concl.* 41. n. 27. Iterum valet, si pactum de
futurâ successione non principaliter, sed tantum accesso-
riè

riè factum fuerit. Pruckm. d. conf. 9. n. 142. ibi: Octavo
certi quoque juris est. vol. 2. Ernest. Cothm. d. conf. 8. n.
207. & seqq. vol. 1. Schrader. conf. 19. incip. cum veritas.
n. 59. vers. Et comprobatur ex eò. vol. 1. Berlich. d. l. n. 28.
Conceditur hoc etiam in pacto successionis particulari,
sive conventione super quibusdam rebus post mortem
relinquendis; nam tale pactum valet ex eà ratione, quia
in residuo superest liberum testandi arbitrium. Gail. l. 2.
obs. 127. n. 8. Berlich. d. l. n. 30. Et hanc decisionem evan-
gelicam esse testatur Jason. in l. stipulatio hoc modo conce-
pta, n. 19. Accedit quod jure speciali pactum de succeden-
do inter milites valeat. l. 19. C. de pact. Hott. 1. conf. 72.
n. 33.

§. 8. Videamus nunc, an valeat pactum, ubi is,
de cujus hereditate tractatur, & de cujus successione agi-
tur, paciscentibus applaudit, & adstipulatur; Cujus ob
consensum formidine insidiarum necisque sublatâ, con-
ventionem illam civile jus recipit, l. fin. vers. nisi ipse. C.
de pact. Pruckm. conf. 9. n. 114. vol. 2. Ernest. Cothm. conf.
8. n. 101. & seqq. vol. 1. Berlich. d. l. n. 26. Neque contra
rationem Juris est, secus ac opinatur Hottom. à Justinia-
no Imperatore illa promulgata constitutio, cum quod
ejus dispositio nec anterioribus legibus & constitutio-
nibus incognita fuerit prorsus, licet à Justin. clarius in-
troducã; tum maximè, quod si forsan consentiens *negotio*
donia *max* stimuletur, suum valeat suffragium testando
revocare. d. l. fin. C. de pact.

§. 9. Non præjudicii aliquid aut detrimenti hoc
pactionis genere aliis heredibus adfertur; nec enim ab-
solutè jus aliquod acquirendæ hereditatis suæ, contra-
hentibus consentiendo largitur tertius, nec sibi metipso
testandi adimit libertatem. Sed si qua paciscentibus

B 3

spes

Spes fixa constet, obventura hereditatis à consentiente, eoque, voluntate non immutata, mortuo, ad paciscentes sperato jure hereditas devolvatur, pactum conventum efficit, ut delata uni hereditas, juxta legem conventionis alteri restituatur. Unde videri forsan poterit, conventionem hanc, in casum concipi delatae agnitaeque hereditatis, proindeque eum in casum, qui juri civili non adversatur, nimirum cui debetur naturali aut civili ratione hereditas, eidem acquiratur primum, ab eo postea, in alterum Lege virtuteque pactiois firmatae derivatur, sola odiosa est, de nece tertii, improbi voti praesumpta suspicio, quae ubi ejus assensu profligatur, nihil praeter juris rationem, nihil injustum proponitur noxiumve. A. Fab. dec. 12. & err. 4. & s. 114. 3. 2.

§. 10. Quæstio hic est, quo temporis momento consensum tertii intervenire oporteat? Sanè satius est tutiusve, vel ante, vel statim in principio, ipsoque conventionis negotio accessisse. arg. l. si quis mihi. 25. §. jussim. 4. ff. de acquirenda hered. Imò consultissimum expressam tertium interponere ad stipulationem, testibusque attestari, cautelam quam suggerunt Everh. Jun. & Cagnol.

§. 11. Neque tamen, si ex intervallo, ratificatio consentientis insequatur, nihil omninò agi, cum Musc. de success. anomal. m. 1. class. 1. concl. 3. n. 79. censeo, sed ex æquo potius & bono posse pactum illud propugnari, quando heic auctoritas nulla, sed consensus solummodo tertii requiratur, d. l. fin. C. de pact. verb. voluntatem suam accommodaverit. Consensus autem, non actus propriè aut solennitatis pars aliqua perhibetur, at ejus duntaxat, quod gestum est, confirmatio, ideoque ratihabitione hodiè potissimum, non minus ac mandato expeditur. l. fin. C. ad

Et ad SC. Macedon. l. 25. C. de donat. inter vir. & uxor. l. semper 60. de R. J. Nec adsertionem hanc, infringunt verba d. l. fin. sciente & jubente: accipienda siquidem συνωνύμως, non raro siquidem nostris in LL. (jubere) simplicem denotat præstare consensum aut permissionem, d. l. fin. in pr. C. ad SC. Maced. pr. Inst. de nupt. verb. consensum. verb. jussus parentis. Addita l. 5. verb. cognitis nuptiis non contradixit. C. de nupt. l. 29. §. 3. verb. jussu principis. ff. de inoff. test. junctâ l. mulierem. 5. verb. fin. permittimus. C. de adopt. Non obstat. l. 29. ff. de R. J. Quod ab initio vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere. Lex enim hæc ita limitatur, quod res quæ ab initio vitiosa fuit, tractu temporis robur sumat, si impedimentum cesset, & nova causa superveniat, quæ actum confirmet, ut in hoc casu fit; hic enim impedimentum, nempe dissensus, qui prius obstabat, cessat, & nova supervenit causa, ratificatio sc. consentientis, quæ actum confirmat.

§. 12. Quod si etiam paciscentes de hominis planè incerti hereditate aliquando obventurâ conveniant, quia periculi inde nihil damne alicui impendet, obtinere pactum ex doctrinâ Accursii & Br. communiter receptum, arg. l. 3. §. 2. pro socio. l. 11. ff. de hered. vel act. vend. prospiciendum tamen judicanti, numquid contractantes forsitan de certâ quadam tacitè designatâ hereditate, datâ operâ in fraudem legis generaliter pacti fuerint, ut fraude detectâ, tanquam indignis ablata hereditas nihilominus fisco applicetur. l. 30. ff. de donat. l. 2. §. fin. ff. de his, quæ ut indign. Non igitur licet tacitè de viventis hereditate pacisci. Nonnulli quidem hanc sententiam infringere volunt, dicentes, id licere, per l. 132. ff. de V. O. cum expressa noceant, non expressa non noceant.

ceant. Sed cum id, quod unâ viâ prohibitum est, alterâ admitti non debeat, neque tacitè fieri possit, quod expressè non licet, quoties eadem est prohibitionis ratio, in tacito, quam in expresso. *Abb. in c. dilectis 2. extr. de prebend.* Cum itaque hic eadem sit ratio taciti ac expressi, magis est, ut nec tacitè de viventis hereditate liceat pacisci.

§. 13. Propositâ disciplinâ pacti affirmantis de successione consequendâ, deinceps alterum genus negatum de successione refutandâ exequamur. Hujus autem pacti causa efficiens homo est, viventis hereditati renunciâns; Feminam quidem renunciare posse, Pontifex Bonifac. rescripsit *d. c. quamvis de pact. in 6.* De viro sive filio, quo minus idem asserere non possim, verâ & solidam causam nullam video. Pontifex filia duntaxat mentionem facit, ob contingentiam facti, & speciem propositam quæstionis, ut etiam appositè verbis iisdem. *d. c. quamvis; lege. pactum 3. C. de collat.* opponeretur, ratio Juris & decisionis canonicæ, deprompta ex sanctimoniâ & autoritate jurisjurandi, quod quemque servare decet, ni vergat in dispendium æternæ salutis, & alterius detrimentum. *d. c. quamvis. c. cum. contingat. ext. de jurejur.*

§. 14. Filiarum quidem, quæ suæ familiæ finis, & alienæ caput & principium sunt, *l. 195. §. fin. & l. seq. §. 1. ff. de V. S.* frequentius habentur renunciationes, ut stirpis avitæ splendor & amplitudo, retentis in familiâ bonis, jugiter conservetur. Verum eadem de causâ, interdum frater fratri, majori minor, renunciat, religionem ingressus, aut suâ fortunâ doctrinâque fretus, locupletem se satis æstimans, ne plurimas in partes, adæquato successione jure, scissa abreptaque paterna hereditas,
ita

ita rarefcatur & attenuetur, ut vix ulli ufui fit & emolu-
mento.

§. 15. Refutat quisque hereditatem fibi acquiren-
dam vel ipfi hereditatis domino, vel, cujus intereft, alte-
ri; utrôque modò pactum hoc fuccellionis amittendæ,
jure civili reprobari, nec fuccellionis confuetum jus con-
vellere, ftatuo *ex l. 3. C. de collat. l. fin. ff. de fuis & leg. hered. l. 94. ff. de acquir. vel amitt. hered. l. 35. §. 1. C. de inoff. Test.*

§. 16. Pactum quoque de non fuccedendo, ne tum
quidem fubfiftit jure civili, cum is, de cujus hereditate a-
gitur, voluntatem fuam interponit, aut ipfemet ftipula-
tur, quod arguit luculenter *l. fin. ff. de fuis & leg. hered. l. pactum. 3. C. de collat.* Neque lex *fin. C. de pact.* ullam illis o-
pem pollicetur; tota enim refertur ad pactum de fucce-
dendo, uti edifferunt verba legis: Pacta inter eos inita
funt *pro adventurâ hereditate*; & ratio hypothefeos id
omnino efflagitat, pactio fi quidem *d. l. fin.* in cafum &
conditionem concepta hereditatis delatæ, eôque modò
juftâ legitimâve ferie fuccellionem proponens, quæ me-
diatè à competente herede ad pactitium proficifcitur,
fatisfacit requifitis, & rationi juris civilis, at de non suc-
cendo, placida conventio, dum immediatè & omnimo-
dò, exclusò remotòque pacifcente, alteri deferre heredi-
tatem allaborat, contra principia & rationem juris civilis
celebratur. *d. l. fin. ff. de fuis & leg. hered. d. l. 3. C. de collat.*

§. 17. Quoniam hoc regulariter verum fit, fallit
tamen etiam ratione confuetudinis, fi fit in loco, ubi fa-
cta eft renunciatio, quod valeat, quoniam tunc confue-
tudo talis fimiliter firmat & validat hujusmodi pactum,
modo folennia & requifita fuerint obfervata, uti notat
1011
C & pro-

& probat hoc Bald. in l. de quibus. ff. de legit. hered. & in l. cum Archimedoram. C. ut in possess. Alexand. de Imola, & Jason. in l. pactum. C. de collat. Et præprimis in tali casu, quando cum renunciatione & pacto de non succedendo, est tantum datum, quod sufficit, & quod se ad legitimam extendit, ex hereditate renunciante debitam, ut si data fuerit filiæ ampla dos, quoniam tunc valet dictum pactum, per l. 1. §. si parens ff. si à parent. quis fuer. manum. & norant & probant hoc Bart. & Bald. in d. l. fin. C. de pact. Alex. de Imola in alleg. l. pactum. C. de collat. & in l. stipulatio hoc modo. ff. de V. O.

§. 18. Subjectum renunciationis hujus est hereditas, successione legitimâ aliquando obventura, eaque delata. Non enim hujusmodi renunciatio vires habet, quando non defertur renunciante hereditas, quippe quem casum deferendæ hereditatis renunciatio respicit: Unde liberi, non obstante matris, quæ ante patrem mortua, avo ex propriâ personâ succedunt, etiamsi mater pro se suisque liberis vel heredibus renunciaverit. H. Pist. p. 4. q. 7. Dn. Carpz. 3. c. 35. d. 11. 12. 13. Dn. Richt. decis. 69. n. 28.

§. 19. Neque etiam excluditur renuncians amplius, si illi, in quorum favorem, & commodum renunciatio facta est, decesserint, vel aliâs cesset causa, ob quam renunciatum est. Sic fratribus vivo patre mortuis, non obstante renunciatione, succedit filia patri. Gail. 2. obs. 148. n. 10. Musc. de success. conv. concl. 6. lit. e. & seqq. Nec filius filiave, si renunciaverit hereditati paternæ, à fratris hereditate arcetur, licet in hac non nisi bona patris ante defuncti reperiantur. Gail. 2. obs. 148. n. 12. H. Pist. 4. qu. 6. n. 63. Porro non spectat ejusmodi renunciatio ad ea, quæ filio testamento, vel legato aut donatione mor-

mortis causa, cum quo is de non succedendo convenit, pater relinquit, quia pactum & juramentum, si ad id fuerit requisitum & præstitum, per testamentum superveniens, remissum intelliguntur. *Myns. 2. obs. 7. n. 5. Gail. 2. obs. 148. n. 11.* etsi expressè & successioni ex testamento & ab intestato renunciatum fuerit. *Treutl. Diss. acad. th. 8. lit. c.*

§. 20. Certam quandam hereditatis partem tantum, aut bonorum speciem nonnunquam renuncians remittit, cautelâ forsan admonitâ Baldi, ne effusô nimis sermone temerè quis renunciaret, hoc etiam in casu necesse est, ut omnia iudex arctissimè accipiat, sedulusque, quid, quâque appellatione contineatur, indaget. Verbi causa, bonis immobilibus refutatis, an renunciatum videatur annuis redditibus? *A. l. 14. in pr. C. de SS. Eccles. pecuniæ ad emtionem destinatæ? N. l. 17. §. fin. l. 18. §. 1. ff. de act. emt. Partibus metallicis? (Ruckus) A. Nov. Elect. Sax. p. 3. c. 25. earundemque fructibus? (Musbeuth) N. d. const. 25. §. 1. Inst. de usufr. l. uxori 24. ff. de usu & usufr. leg. Mercibus in tabernis venalibus, auctiori recepto precio subinde permutandis? Was in einen Handel oder Gewerbe eines Kauffmanns verstirbet. *A. l. 34. pr. ff. de pignor. l. 76. ff. de judic. & quæ hujus generis sunt lexcenta alia.**

§. 21. Alius hic sequitur nunc casus: Filia ut plurimum nubens, adhibito, cujus interest sponsi sui suffragio, renunciat; quod si vero procius tantum, ut eo forsan promptius filiam sibi eblandiatur, renunciaturam uxorem suam, locero promiserit, illa vero nupta, bonâ fide, frustra instigante viro, remittere hereditatem detrectet, neque patri filia, quæ non consensit, *l. 1. l. si unus. 27. §. in fin. ff. de pact.* neque locero gener, quod alienum factum pollicitus, obligatur. *l. 38. in pr. vers. nemo ff. de*

V.O. Nisi se effecturum, ut renunciaret, aut eam minus renunciantem, se tamen devinctum fore, caverit, quo utroque casu ad interesse locero, ejusque heredibus obstringetur. §. 3. *Inst. de inut. stip.* neque eum præstationis difficultas, non ex naturâ rerum resultans excusabit, quam perpendere præmeditative fas erat & potuerat, avarum ut plurimum mulierum genus accuratius pensitans. l. 2. §. 2. l. 137. §. 4. ff. de V.O. Nec premit, quod nonnulli urgent ex l. fin. §. fin. ff. ad l. Rhod. de jactu. l. 2. §. 3. ff. si quis caut. in jud. sist. &c. eruditè siquidem ita distinguunt, an impedimentum naturale sit, quod prohibeat, ut est hypothesis dâ. ll. ideoque promissionem impossibilem, obligationem nullam efficiat, l. 135. l. 182. l. 185. ff. de R.F. an facultas solummodo dandi præstandive, debitorem remoretur, quod ad incommodum promissoris, non impedimentum stipulatoris referendum. *text. d. l. 137. §. 4. & 5. ff. de V.O. l. si fideiussor. 7. §. 1. ff. qui satisd. cogantur.*

§. 22. Quapropter Joh. Sichard. ad l. 3. C. de collat. ex Odofred. doctrinâ, confidendum non arbitraret, studiosum honestam posse fraudem comminisci, cui parens, secundæ forsan conjugis amore irretitus, ni suæ renunciaret hereditati, studiorum sumtus suppeditare denegaret, ut juramento quidem successionem paternam remittat, at nihilominus acceptis hujusmodi intumtisque expensis, patre defuncto ejus sibi vindicet arrogetve hereditatem, collatis duntaxat impensis, quas domi non consumsisset, præclare Cicero noster: fraus distringit, non dissolvit perjurium, nec sapientia, sed calliditas est, quæcunque à fide & iustitiâ removetur, perversè prudentiam imitata. l. 1. & 3. *offic.*

§. 23. Renunciationem fieri constat voce vivâ, vel in scriptis, nec enim tacitè renunciatum præsumimus

mus

mus hereditati, quod mulier dotem sibi numeratam, professa. Utrumque autem hoc pactum nuncupatum & scriptum, variam sortiri formam, clausulas & cautelas, item pacta adjecta, quale est celebre & frequentissimum, hodiè pactum reversionis, sive regressus, non existentibus amplius masculis, bis auff einen ledigen oder freyen Anfall/ wann keine männliche eheliche Leibs Erben mehr im Leben/ daß auff solchen Fall/ soll der Verzug den Schwestern und ihren Erben keinen Schaden fügen/ noch bringen/ in gleicher Weiß/ als ob sie gar und ganz nicht verziehen weren/ etc. Vid. Kellenbentz. *de renunciat. success. qu. 18. & seqq.* Certas quoque solennitates & requisita; Hæc omnia ingenio cum renunciantis, & voluntate utriusque paciscentium, tum maximè curiarum & dicasteriorum stylo, Henr. Breulæi, Saurii, Musculi, Kellenbentz. aliorumque Dd. & judiciorum formulæ renunciationum demonstrant.

CAP. III.

DE

Juris Canonici in hac materia, sententiâ.

§. I.

Quod hæc successio conventionalis sit inimica & detestabilis, vivente adhuc possessore, sacro quoque ordini, testatur *Canon. Apost. 8. qu. 1. e. accepimus. s. extr. de pact. c. 1. C. 1. qu. 3.* Statim hic non incommode jam dubitari potest, an pactum hoc successionis affirmativum vel negativum, si juramento fuerit firmatum, ex jure Pontificio robur aliquod accipiat? Quod primâ facie negandum videtur. Juramenti enim virtus in eo principaliter consistit, ut actum confirmet, *extr. de*

C 3

111.

jurejur. c. non est contra. c. ita ego. c. tu malum, cap si peccatum. 22. quest. 1. Sed pactum hoc agit de successibus futuris, & sic adhuc viventium, quorum nulla est, *l. qui superstitis. 94. & ibi Dd. ff. de acquir. hered.* Unde cum non entis nullæ sint qualitates, *l. ejus qui in provincia ff. si certum petatur.* nec juramentum hac in parte subsistere, vel robur aliquod pactis his conferre poterit. Deinde cum etiam hoc pactum contineat plerumque votum captandæ mortis, ergo aliquam peccandi occasionem adferet, peccatique sit nutritiva, *Salic. cons. 44. n. 29. l. 2. Cacheranus decis. 100. n. 3.* Propterea cum juramentum ejusmodi conventiones minimè confirmet, *cap. cum contingat. c. quamvis. c. quando. extr. de iurejur.* id etiam in nullâ consideratione haberi poterit. Accedit quod prohibitio principalis, juramentum ut accessorium, robur aliquod habere nequeat. *gl. in l. si patronus 3. §. patronum. in verb. Faviana. ff. si quid in fraudem patr. l. non dubium C. de legibus.* Sublato enim principali, statim quoque corrumpitur accessorium *l. 1. & 2. ff. de pec. leg. l. cum principalis. 130. ff. de R. I.* Sic quod unâ viâ prohibitum est, aliâ permitti non debeat. *l. cum quid una. de R. I. in sexto. l. scire oportet. §. 1. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. l. fin. C. de usuris.* Uno namque prohibito, omnia ea, per quæ ad illud pervenitur, interdicta habentur. *l. eos. 26. in fin. C. de usur. c. prater ea. extra de offic. jud. deleg.*

§. 2. Hisce autem non obstantibus per juramentum pactum hoc posse confirmari verius est, idq; monstrat textus solennis *in c. quamvis de pact. in 6.* cujus verba hæc sunt: *Quamvis pactum patri factum à filiâ, dum nuptui tradebatur, ut dote contentâ, nullum ad bona paterna haberet regressum, im-*
pro.

probet lex civilis; si tamen juramento non vi,
nec dolo præstito, firmatum fuerit ab eadem,
omnino servari debebit: cum non vergat in
salutis æternæ dispendium, nec redundet in al-
terius præjudicium; Ex quibus manifestum est, non
solum renunciationis pactum, sed generaliter omnem
contractum sive actum, bonâ fide gestum, quatenus ani-
mæ salutem non lædit, nec etiam alterius præiudicium
concernit, licet lex civilis repugnet, nihilominus per
juramentum confirmari posse. Est enim juramenti
vinculum quam arctissimum, ejusque violatio non hu-
manam duntaxat fidem, quam fallere grave est, *l. 1. ff. de
const. pec. l. 1. ff. de pact. l. 20. ff. de transact.* sed & DEO
datam, concernit, quod est gravissimum, facit *c. de ho-
mine. 7. in fin. extr. de celebr. miss.* Unde ejusmodi ju-
ratæ promissioni contravenientibus, non civilis modo,
sed divina expectanda etiam coercitio. *l. 1. in fin. C. de
summâ Trinit. & fide Cath. l. fin. ff. de crim. stell.* Quare
majores nostri, ut Cic. *l. 3. off.* scribit, nullum vinculum
ad adstringendam fidem jurejurando antiquius & præ-
stantius esse voluerunt. Ne ergo ejusmodi perjurii
reatum incurrant paciscentes, firmiter pactis hisce suc-
cessoriis juratis adstricti erunt.

§. 3. Ad argumentum primum respondeo, ne-
gando, quod prorsus nulla detur viventium successio,
modo omnes circumstantiæ & requisita ritè observata
fuerint; cum igitur non ens non sit, utique habebit sua
essentialia, suasque qualitates, quæ illi robur aliquod ad-
jicient. Ut hic est juramentum, renunciationi huic vel
pacto successorio omninò tanquam requisitum substan-
tiale adhibendum, communiter Dd. placuit, quod &
ver-

verba & scopus urgent *d.c. quamvis*. Ad secundum Resp. Votum captandæ mortis si fiat, hoc fieri per accidens, non per se, accidentia autem non tollunt rei essentiam, cum possint adesse & abesse citra ejus corruptionem. Loquitur ergo oppositum argumentum tantummodo de eo pacto, in quibus tale votum captandæ mortis adest, vel certò præsumendum. Cum autem hic sit dubium an votum tale adsit in paciscentibus, nec ne, & in dubio quilibet sit præsumendus bonus, etiam tale votum minimè simpliciter & sine aliis indiciis est præsumendum. Non obstat quod tertio loco adductum est. Nam ea omnia tum demum sibi locum vindicant, quando ad principale accessorie quid saltem venit, non etiam quando per accessorium principale quiddam constituitur & introducitur, ut in hoc successionis pacto per juramentum evenit. Novam enim pacto conciliat formam, & consequenter novam obligationem, quæ à simplici pacto plane discordat, unde hujus prohibitio isti obesse nequit. Gail. l. 2. obs. 39. n. 10. & 26. Alex. conf. 4. n. 14. vol. 1. per leg. cum pater §. filius matrem. ff. de leg. 2. Et hæc de hac quæstione.

§. 4. Suboritur hinc alia, variè à Dd. agitata, quæstio, sicubi dispositio juris canonici in pactis successoriis & in specie in renunciationibus exigit juramentum, num promissio solennis, bey iedes höchsten Ehren/Würden/waren Worten/Trauen und Glauben/ an Nydesstat re. vim juramenti obtineat? Affirmantium casta sequar, (etsi non ignorem, quot, quantisque adversa Phalanx dynastis instructa sit telisve premat. Everh. Speckhan. cent. 1. qv. 4) quod videam pontificem in *d.c. quamvis*, deposcere quidem juramentum, sed non certam aliquam & præcisam juramenti speciem & qualitatem,

tem, sed id religionis, quod pactionem roborare queat.
Promissio autem hæc juramentum quidem non est
corporale, implicite tamen & relate juramentum in-
fert, utrique etiam quoad observantiam contractus,
& remedia prohibenda recissoriam, eadem vis & effica-
cia, jure juxta canonico. *c. ad aures, extr. de his, que
vi metus, c. pervenit extr. de fidejuss.* & moribus nostris,
ac curiarum placitis attributa. De summo imperii ju-
dicio probant Myns. *1. obs. 17.* Gail. *2. obs. 59.* Gum. *decis.
cam. 14. n. 31. & seqq.* quod alia tribunalia observare re-
fert Matth. Cöler. *de proc. execut. p. 1. c. 10. n. 246.* A. He-
ring. *de fidejuss. c. 77. n. 298.* Rauchb. *p. 2. q. 2.* Et hanc esse
communem testatur idem Alcia: *in l. si quis major. v.
invocato.* Et licet ibi distinguat inter simplicem sub
bona fide factam promissionem, & juramentum reve-
ra præstitum, tamen concedit quoad promissionis ob-
servationem, utraque pariter esse efficaciam, differre au-
tem quoad poenam quæ non perinde incuratur fra-
ctione fidei, atque juramento. Quam distinctionem
sequitur Did. Covar. *in 1. part. comment. in l. quamvis
de pac. l. 6. §. 2. vers. nono ab eadem.* Felin. *in c. præterea,
n. 15. de sponsal.* Ex quo infert Felius, quod nunquam
habeat locum poena perjurii, nisi quando frangitur pro-
missio jurata, expresso verbo (JURO) ut fiat restrictio, in
poenalibus, juxta *c. odia de R. I. in 6to.* cum similibus.
Quo pertinet, quod DEUS non faciat differentiam inter
simplicem loquelam, & inter juramentum: Quia, sicut
in juramento nullam convenit esse perfidiam, ita quo-
que in verbis nostris nullum debet esse mendacium,
quia utrumque, perjurium & mendacium, divini judi-
cii penam damnatur, dicente scriptura: Os, quod men-
titur occidit animam. Quisquis ergo verum loquitur,

D

ju.

jurat, quia scriptum est, testis fidelis non mentietur. Ita lex *in c. juramenti. 22. qv. 5. Franc. Marc. qv. 456. n. 45. gloss. in c. pervenit, de fidejuss. & in c. penult. de jurejur.* Sed in hisce usus fori, & statuta cujuslibet loci sunt inspicienda.

§. 5. Cæterum, pactis hisce juramento firmatis, res integra est, nullumque amplius regressum paciscentes habent. Itaque si filia renunciaverit paternæ successioni, nullâ acceptâ dote, illam deinde petere haut poterit; servandum enim est juramentum, quod absq; dispendio salutis æternæ servari potest, neque vergit in alterius detrimentum, & neque vi neque dolo extortum est, ut verba *dictæ constit.* se se habent. In propositâ autem specie, in qua filia nullam dotem accepit, negari non potest, quin hæc ratio ex juramenti religione, petita locum habeat. Imola *in l. qui superstitis, ff. de acquirend. hered. Covarr. in c. quamvis. in 3. part. §. 2. n. 6. Ruimus in cons. 204. n. 6.* Hæc autem procedunt si filia sit dives, aliud dicendum videtur si paupertinæ sortis sit.

§. 6. Sic filius vel filia renuncians hereditati patris nullum habebunt regressum ad legitimam, nam legitima est pars successionis ab intestato, *l. Papinianus. §. si quis mortis ff. de inoff. test. l. cum queritur. C. eod. in toto autem pars continetur. Reg. in toto, de R. l. in 6.* Ergo in renunciatione successionis totius, continetur etiam hæc pars, nempe legitima.

§. 7. Interdum refutat mulier monasterium ingressura hereditatem, nec enim religionis, quam paciscens professura est, favor jurisjurandi religioni quicquam detrahit, ut post Covarr. rectè contra Felin. Socinum & alios concludit *A. Fachinus. 3. contr. 22. Concilium vero Tridentinum c. 16. sess. 25.* quod limitat & restrin-

stringit. e. *quavis de pact. in 6. & Auth. Sacramenta pu-
berum. C. si adversus vendit.* Ut non aliter renuncia-
tio valeat, quam si consensus, vel præsentia Episcopi,
aut ejus vicarii accesserit; & idem hoc obtinet quoque
in Monacho. Nobis qui idolomanix pontificix re-
pudium misimus, ejusque concilii decreta approbavi-
mus nunquam, præjudicii nil faciet remoraque.

CAP. IV.

Tradens Juris Feudalis in hac materiâ sententiam.

§. 1.

DE Jure feudali successionem conventionalem vale-
re, docet nos *text. express. in cap. 1. §. moribus, si de
feud. defuncti controvers. inter Dom. & agn. Vasall. 2. F.
26.* & hac nititur ratione, quia cessant causæ prohibitio-
nis in hoc casu, ergo etiam ut ipsa prohibitio cesset,
necesse est. Cum enim in Principibus, Nobilibus at-
que omnibus Illustribus personis, omnis sinistra præ-
sumptio vel suspicio captandæ mortis cesset, cum et-
iam de feudis Vasallus testari nequeat, *text. in c. 1. de
success. Feud. & in c. 1. §. donare qual. olim feuda. alien. pot.
text. in c. 1. de prob. feud. alien. per Frideric.* quæ tamen
potissimæ prohibitionis causæ sunt; ergo illa ipsa pro-
hibitio cessabit. Quid? quod hujusmodi pacta & statu-
ta gentilitia, inter quæ quoque est pactum confraterni-
tatis, quod vulgariter *Erbverbrüderung/ Erbvereinigung/*
vocant, favorabilia sint, quia ad pacem, tranquillitatem
imperii, quæ ex incertitudine successionis, familiâ al-
terutrâ extinctâ, non parum labefactatur, spectat, Re-
mig. Fesch. *de fæder. concl. 24. lit. g.* & ad conservatio-
nem illustrium & senescentium familiarum faciunt,

Bets. de fam. illustr. p. 121. Ant. Cöler. de jure Imper. germe.
conc. 70. quarum splendorem & dignitatem salvam ma-
nere, Reip. interest. l. 1. §. sed et si servus. ff. de Ventr. in spic.
Valent. Forst. de success. ab intest. l. 3. c. 4. n. 20. Et si o-
mnino causas hasce quis arrodere præsumat, ablega-
tum eum velimus ad Testimonium Carol. IV. qui, pa-
ctum confraternitatis Saxonum & Hassorum confir-
mans, hancce facti sui rationem reddit. Und sonderlich/
daß dasselbige heilige Römische Reich / mit Besserung und
Einnütigkeit seiner Fürsten seliglichen gemehret und gestär-
cket werde. Eandemque causam ipsa confraternitatis for-
mula exprimit: Nach deme vor Zeiten unsere Vorältern ic.
Umb Nutzens und Friedens willen ihrer aller Lande / Leute
und Unterthanen ic. Quod si ita est, quis tam iniquus re-
rum censor erit, ut inter illicita hæc pacta referret, quo-
rum finis siquidem bonus est, ea ipsa quoque bona fateri
necessum habeamus. Joh. Casp. Guttich. de confrat. concl.
4. lit. e. Et cujusmodi quæ sunt, pro beneficiis habentur,
etsi contra jus facta fuerint, Gloss. in can. hæc quip-
pe. 3. qv. 6. & can. quid enim causarum q. 5. Bald. in tit. de
pace constant. §. hæc nos quoq; in fin. Las. vol. 2. conf. 1. n.
29 Felch. concl. 24. lit. g. Tantus sc. utilitatis publicæ
favor est, ut ea, quæ publicè sunt utilia, non includan-
tur his, quæ lege prohibentur. Bart. in l. quemadmodum.
C. de agric. & cens. Deinde etiam ad defensionem sub-
ditorum spectant, utpote quorum interest, ne alienis &
ignotis Dominis subjiciantur. text. in cap. 1. §. præterea
ducatus, de proh. feud. alien. per Fried. Bald. ibid. n. 9. facit
optimè text. l. in adopt. ff. de adopt. Vasquius. Contr. illustr.
l. 1. c. 5. n. 5. Lugubre sic & deplorandum foret, videre an-
tiqua majorum prædia & castra ad extraneas pervenire
man9. text. in l. fundo. ff. de rei vind. text. in l. Lex que tuto-
res.

res. §. ergo. C. de admin. tutor. Quo pacto inter Austriae & Bohemiae gentiles olim convenit. Bodin. de rep. l. 1. c. 2. in fin. Ejusmodi cautio quoque inter Thuringiae primum & Hassiae principes instituta, quae saepius postea inter Duces Saxoniae & Hassiae Landgravios repetita. Chytr. Chron. Sax. lib. 18. Nic. Reusn. 1. conf. 3. An. Knich. de Sax. non prov. jure c. 2. n. 38. & seqq. Mutuo quoque foederi (der Erbvereinigung) Saxonum & Hassorum Brandenburgica familia Anno Christi 1457. unioni autem hereditariae sive confraternitati (Erbverbrüderung) Anno Christi 1587. accessit salvis pactioibus cum ducibus Pomeraniae celebratis. Waremb. de Eremb. pro fœd. c. 2. n. 38. Præterquam etiam quod pacta hæc consuetudine fulciantur immemoriali, prout exempla modo adducta, aliaque passim testatum faciunt. Andr. Gail. l. 2. obs. 127. Dom. Arum. Ad A. B. Discurs. 6. concl. 6. quæ consuetudo vim legis habet, §. sine scripto. Inst. de Jure N. G. & C. l. 1. quæ sit longa consuetudo. cap. 2. ubi Dd. extr. de majorit. & obed. Ipsamet quoque jure & Autoritate legis sustinentur, Zas. conf. 1. n. 22. Bart. Mulc. de success. convent. concl. 1. n. 18. Dauth. in exposit. l. ult. C. de pact. n. 130. Quemadmodum de principis contractu asseri solet, vim legis ipsum habere, & ad ejus instar obligare. l. pen. C. de donat. inter vir. & uxor. l. ult. in fin. C. de quadr. præscript. Theod. Reinking. de regim. sec. & eccles. l. 1. class. 1. c. 5. n. 57. Gail. d. obs. 127. n. 8. Quæ bona in his pactis veniant, quique illorum sit finis, vid. Oldenburg. Lymn. enucl. Tom. 1. ad d. 1. c. 6. & ult.

§. 2. Ita in Aug. Imp. Rom. Germ. Carolus IV. Imp. perpetuis temporibus valiturâ Sanctione, Electoratus seculares cum suis pertinentiis non scindi & dismembrari, sed cum jure deligendi imperatoris Primo-

genito tantum deferre voluit, *Aur. Bull. c. 25. §. 1.* Ut futuris seculis dissensionum materia tolleretur, & Potentissimarum domuum splendor & decus, quo totum Imperium coruscat, conservaretur. Cetera quoque Imperii membra & summi status maximam partem, ne & apud ipsos incertitudine & confusione laboraret successio, ac non tam minus splendori suo & conservationi, quam populorum subjectorum saluti consulere, suas Regno æmulas florentissimas Provincias, obnoxias non esse voluere familia ereiscundæ judicio, sed earum proprietatem solidam ad unum Primogeniorum lege, vel ex familia majorem natu, divisione omni penitus abjectâ, venire voluere. *Lymn. ad Aur. B. c. 25. §. 2. obs. 6.* & *Dietrich. ad id cap. §. si ceteros.* Magnum etenim Illustribus domibus malum ditionum inter plures fratres divisio, & non nisi inter plebeios æquitatis aut pietatis nomine excusatum. *Sever. de Monzambano de statu Imp. Rom. Germ. c. 2. §. 13.* *Burgoldent. ad Instrum. pac. part. 1. disc. 20. membr. 2.* Quæ hucusque unita fortiter & viriliter se defendere potuisset, tantò ad repellendam hostium vim erit debilior, quando divisa est regio. *Rosenth. de feud. cap. 9. concl. 55.* *Lymnæus. ad A. B. cap. 25. obs. 3.* Ut tandem toties repetitâ partitione statum suum pro dignitate familiæ amplius non possit tueri Princeps, nec quicquam præter titulum nudum & nomen ipsi sit reliquum *arg. l. 2. C. quand. & quib. quart. pars. arg. l. 7. ff. communi divid. Gail. l. 2. obs. 153. n. 3.*

§. 3. Quod si autem statuto in familiâ aliquâ hoc jus inducatur in modum privilegii, (1.) necesse erit, ut Vasallis ejusdem feudi consentientibus fiat. Sic illud in familiâ Brunsvicensi à Friederico & Wilhelmo ducibus fratribus erectum fuit. (2.) Ut fiat nondum natis liberis.

beris. (3.) Ut præcedenti communi ordinum, Ecclesiastici, Equestris & civilis tractatu & deliberatione in diæta provinciali, auff einen Landtag / erigatur hujusmodi statutum. (4.) ut subditi promittant, se non præstituros juramentum fidelitatis & subjectionis alteri; quam primogenito, neque ante, quam is in publico ordinum conventu sanctè promiserit, se hoc statutum, pactum aut conventionem in omnibus suis punctis tenaciter observaturum: (5.) Ut inter successores & heredes sæpius renoventur hujusmodi statuta & conventiones. (6.) Ut minoribus fratribus in utrumque casum, tam contrahendi matrimonii ex proventibus feudi regalis, vel aliis bonis primogenituræ juri subjectis ita prospiciatur, ut sui rationem aliquam habitam à majoribus animadvertant. (7.) Ut hujusmodi statuta seu conventiones non tantum ipsæ juramento paciscentium vel statuentium confirmentur, sed etiam ut ab eorum heredibus renovationes sub eodem juramenti vinculo fiant. (8.) Necessarium est ut ab Imperatore scientibus & consentientibus imperii ordinibus, in Imperialibus comitiis confirmentur, eademque confirmatio à subsequenti Imp. sæpius renoventur, & ut succedat quoque aliorum Dominorum confirmatio, si feuda ab aliis comprehendenda comprehensa sint sibi regali titulo. Hæc Betsius *tract. de pact. fam. illustr. pag. 708. & seqq.* Item Oldenburg: *Lymn. enucl. l. 2. c. 19. §. 27.* Qui alia utilia alia demum necessaria agnoscit.

§. 4. Huic consonat jus majoratus & unionis, quod provinciam seu territorium uni filiorum ad regimen aptissimo, individuum solidumque tribuit, reliquis fratribus Apanagio, aut alimentariâ adsignatâ portione, quale jus & privilegium nostra in Germaniâ, Austria o-
sten-

stendat, agnoscit Pomerania, Megapolis tuetur, Ducatus
Brunovicensis ditionis Wolffenbeutelianæ adprobavit,
& in principatu Juliacensi, Clevensi, Bergensi que coadu-
natis, clarius enitescit. P. Heig. qu. 25. n. 34. p. 1. An.
Knich. de Sax. non prov. jure. c. 3. n. 54.

§. 5. Sic accepimus personas Illustres & nobiles,
unius quæ sunt ejusdemque nominis & familiæ, inter se
convenire sæpe numero, pactio num familiarum placis-
tis, ut, filiabus certâ deputatâ dote exclusis, ex liberis ma-
sculi soli, eorumque descendentes mares, hisce vero de-
ficientibus, agnati tantum quocunque gradu, justâ tamen
& congruente serie, in bonis etiam allodialibus, sibi in-
vicem succedant, uti proponit Jacob. Orloshausen. in
præl. certam. masc. fem. n. 56.

§. 6. Ex confirmatione autem summi principis
hæc pacta omnia & statuta familiæ, magnum imò maxi-
mum robur accipiunt, si Cæsar ad petitionem illustrium
personarum talia mutua pacta & statuta familiæ confir-
met. Cæsar enim auctoritate & absolutâ potestate,
suffultâ malorum morum reprehensione carent, & affe-
ctatæ mortis votum tollitur; Adeoque plenitudinis ar-
bitrio effici potest, ut paciscentes fratrum loco habeantur.
Zaf. cons. 1. n. 39. licet pacto aut statuto veri natura-
les fieri nequeant, cum jura sanguinis sint immutabilia,
text. in l. jura sanguinis ff. de R. J. Et hujusmodi Cæsaris
in Imperio & Regis vel alii summi principis in suo re-
gno, confirmatio omnino necessaria est, ut causâ cogni-
tâ perspicuum fiat, an talia pacta & statuta imperio sint
futura nocumento, debetque fieri ex certâ scientiâ Cæ-
saris & plenitudine potestatis. Quæ confirmatio robur
pactis tribuit, etiam si aliàs de jure communi non subsi-
sterent; quia Princeps jure positivo non obligatur, sed
ei

ei licitè derogare potest. *text. in l. digna vox. C. de leg. & in leg. Princeps. ff. eod. tit.* Insuper tamen hujusmodi confirmationi Imperatoris, clausulæ salutares, & consuetæ, videlicet, Salvo Jure Imperii & cujuscunque: Dem heiligen Reich/ und mǎnniglichen an seinen Recht un-
nachtheilig.

§. 7. De feudo viventis, quantumlibet nescii & reluctantis, alium investire posse Dominum, sub conditione caducitatis, quando contigerit sine herede feudali mori Vasallum, placitis feudorum receptum est. *c. 1. §. moribus, si de feud. defuncti contrav. 2. F. 26. c. un. ver. si quis, de feud. dat. in vic. leg. commiss. 1. F. 27. c. qui success. feud. dar. teneant. 1. F. 3.* Quæ ratione illustre collegium Jctorum Marpurg. contra Hieron. Schurff. & Joh. Dauth. Anno 64. conventa etiam pacta agnatorum de agnati possidentis & ignorantis feudo, quod ipsis apertum iri sperabant, legitima fore, teste Herm. Vult. *de feud. c. 7. n. 8.* comprobavit, quum de primi potius acquirentis jam ante defuncti bonis, quam hereditate viventis, convenisse appareret.

§. 8. Alia ratio est Saxonico in foro, juris simultaneæ investituræ, aut conjunctæ manus, (quanquam quibusdam in casibus hæc diversa sint, Joh. Köppen. *decis. 47.*) quod feudi conscio tantum & consentiente possessore, cum quo simul quis investiendus est, concedi debeat, Ludovic. Fachs. & Modest. Pistor. responderunt, applaudit Andr. Knich. *de invest. pact. l. 1. c. 1. n. 244.* idque proprium & quasi de substantia hujus investituræ statuit G. Obrecht *disp. de feud. 8. th. 272.*

§. 9. Nec inutilis aut iniqua videtur prior de caducitate successionis conventio, ubi disputat contra gloss. & plerosque Hart. Pist. *l. 2. qu. 25. n. 20.* etiamsi pro-

E
mis-

missionis tempore, Vasallus possessor, aut liberos habuit, aut ejus uxor prægnans sit, dummodo possidenti ejusve liberis præjudicii inde, nihilve damni oriatur, ut si investitura concipiat casum, quo successores, etiam liberi decesserint, quo pacto considerati *text. tit. 9. in fin. & tit. 26. in fin. l. l. F. & d. c. i. §. moribus. tit. 26. l. 2. F.* minus aduersantur.

§. 10. Versâ hypothesi, quamvis tempore promissionis *antiquus* fuerit Vasallus, postea vero eidem liberi nascantur, non evanescet continuò omnis investitura, sed iisdem sublatis perinde erit, ac si extitissent nunquam. *arg. l. potior. ii. §. 16. ff. qui potior. in pign. l. fin. §. 1. vers. sed si extiterit. ff. de vulg. & pupill. subst. l. ex facto. 17. §. si quis. 7. ff. ad SC. Trebell.* quod iure etiam Saxonio receptum, *LehenRecht c. 20.* declarat Herm. Vult. *d. c. 7. num. 50.*

§. 11. Incurrit hic quæstio, si dominus, qui talem investituram in casum mortis concesserat, & aliquem de alieno feudo investierat, ante possessorem mortuus sit, an heres vel successor ejus nihilominus hanc investituram ratam habere, & feudum deinde apertum, veluti eveniente conditione, investito conferre teneatur? Distinguentur hic erit inter Dominum Ecclesiasticum & secularem. Primo casu, si quæritur de successione Domini Ecclesiastici, puta Pontificis, Cardinalis, Archi-Episcopi, Abbatis & similis, tunc res extra dubium est, quod ejusmodi successores investituram suorum antecessorum ratam habere non cogantur, *per text. express. in c. 1. post. pr. tit. qui success. feud. dare tenentur. Cap. 1. vers.* hoc ita est, nisi fuerit facta ab aliquâ Ecclesiasticâ personâ, *tit. qui success. tenentur. cap. un. §. moribus. 2. vers. secus est in Ecclesiasticis personis.* Rationes vide

vide ap. Hart. Pist. qu. 26. in c. quamvis successor Domini,
n. 1. & sequent. l. 2. part. 2. Zas. de feud. part. 6. n. 19. vers.
quod in clerico recipitur quidem. Dom. Card. Tulch. tom.
3. pract. concl.

§. 12. Nisi hæc investitura cum consensu capi-
tuli facta fuerit, tunc enim successor clerici ad ejus-
modi investituram præstandam rectè obligabitur, non
tam ex personâ sui antecessoris, quam ex promissione
ipsius capituli; quia is, qui in dignitate alicui per elect.
succedit, tum demum ejus factum præstare tenetur, si
ab eo causam habet Bald. in l. 1. ff. de const. pec. num. 3.
Jafon. ibid. num. 14. Hic successor autem habet
causam à capitulo, quoniam ab eodem eligitur, i-
deoque merito ejusmodi investituram, si non
respectu antecessoris, saltem ex obligatione ipsius ca-
pituli, ratam habere tenebitur. l. ex quâ persona. 149.
ff. de R. I. l. Pomponius. 13. §. 1. ff. de acquirenda poss. Deinde
qui alicujus heres est, vel factio ejus in suum locum suc-
cedit, is ejus factum præstare tenetur. l. cum à matre. 14. C.
de R. V. Successor autem factio & electione capituli in
dignitate succedit, & quodammodo per capitulum fit
heres illius dignitatis. l. proponebatur. 67. ff. de judic. Am-
plius, quia Dd. communiter statuunt, licet obligatio-
nes clericorum ad successores non transeant, benè ta-
men eos obligant, si consensus capituli intervenerit. Bl.
in l. ult. C. sine censu vel reliq. fund. comparare non posse,
n. 16. sub fine. vers. licet obligationes, quæ non dependent,
& n. seq. Ernest. Cothm. cons. 62. inc. questio proposita
duobus capitibus, n. 34. & seq. vol. 2. Et hanc senten-
tiam in terminis tradit Hart. Pist. qu. 27. (ubi rationes
affert plures, contraria solvit, & sæpius ita responsum ac
judicatum fuisse testatur) n. 3. sub fin. vers. Sed hoc loco in

controversiam vocari solet, n. 4. & seqq. n. 15. vers. sed & si hac atq; alia, n. 16. & seqq. usq; ad n. 36. libr. 2. part. 2. Berlich. Concl. 54. §. 13. & seq. Ubi quoque dubia solvit, ampliationes & limitationes addit.

§. 13. Secundo casu principali, si agitur de herede, vel successore secularis Domini, tunc is præcisè hanc investituram ratam habere, & feudum postea apertum investito conferre tenetur. *text. expr. in c. 1. §. laici quidem iisdem modis. ult. tit. qui success. teneantur. c. 1. §. moribus. 2. vers. quæ investitura tum demum, tit. si de feudo defuncti content. sit.* Est ratio diversitatis, quia successor clerici ejus heres non est, nec ab eo ullam causam habet, ideoque ejus factum præstare non tenetur. *l. 149. ff. de R. l.* Secus est in herede & successore Domini secularis. *l. 14. C. de R. V. Hart. Pist. quest. 26. incip. Juris est indubitati, n. 1. & seq. l. 2. part. 2.*

§. 14. Et hoc de Jure communi Feudorum, jure feudali vero Saxonico de heredibus Domini secularis aliter dicendum videtur, quod sc. illi ad ejusmodi investituram confirmandam non teneantur, *per text. in Lehn-Recht, vers. Sonst ist am Beding keine Folge / cap. 11. post princ. vers. mit dem mag er nicht folgen / cap. 57. in medio vers. Stirbet auch ein Herr / & cap. 59. in medio vers. alle Lehn ohne Gewehr. Hart. Pist. qu. 27. n. 13. ibi jure vero nostro Saxonico, n. 14. & seqq. l. 2. part. 2.* Hoc tamen usu non fuit observatum, sed semper secundum jus commune tam responsum, quam judicatum, quod heredes Domini secularis ejusmodi investituram concedentis, ratam habere teneantur, teste Hart. Pist. *d. l. n. 17.* Quam posteriorem sententiam etiam approbavit Augustus Elector Saxonie, in suis *Novell. part. 2. const. 45.* All die weil aber die Sächsische Rechte. Berlich. *d. concl. 54. n. 24. & seqq.* §. 15.

§. 15. Quid vero dicendum de succedente ex pacto successorio, v.g. confraternitatis, an is teneatur expectativam à prædecessore factam conditione demum tempore istius successoris existente, ratam habere? Sanè si ille ipse, qui pacto inito alteri paciscenti successionem conventionalem tribuit, expectativam alicui concesserit, ex illo pacto succedentes videntur obligati esse, ad servandam promissionem antecessoris, quippe causam succedendi ab eò habentes, Add. tradita de eo, qui causam succedendi habent ab altero, *interpret. in d. 1. f. 3. & 9.* Sin vero non ipse, qui pacto successorio inito alterum ad successionem admittit, sed hujus successor ultimus E.g. Ducatus possessor, expectativam in feudo alteri tribuerit, non videtur ex pacto succedens obstrictus esse ad factum istius præstandum, cum, perinde ut agnatus, causam succedendi ab eò non habeat, sed ex pacto cum alio inito succedat: nisi fortè dixeris, eam fuisse mentem per pactum alium ad successionem admittentis, quod debeat succedere in re, eo in statu, quo à defuncto, ultimo ex familiâ possessore, tam quod jura activa, ut loquuntur, quam passiva relinquatur. Magn. D. Struv. *Exerc. feud. VII. th. 9.*

§. 16. De jure feudali, filius vel filia si renunciarit successioni, non videtur renunciassè feudo, nisi feudum sit planè hereditarium, Rosenthal. *c. 9. concl. 13. n. 8. 15. & seqq.* Kellenbentz. *tract. de renunciat. success. qu. 26. n. 14.* Feudà enim non jure hereditario, & sanguinis (de quibus pacta nostra principaliter agunt) sed ex pacto primi acquirentis & voluntate concedentis, item providentia legis, liberis acquiruntur. Gail. *l. 2. obs. 154. n. 2.* unde etiam separatam ab allodialibus naturam ha-

E 3

bent,

bent, nec de hisce si fuerit dispositum, illa comprehen-
duntur. *C. in generali. tit. si de feud. defuncti. facit c. fin.*
tit. de invest. de re alien. fact. c. 1. de capit. qui cur. vend.
Gail. d. obs. 154. n. 6. Sed de hac quæst. Vid. *Kellenbentz.*
d. tract. qu. 26. per tot. Ubi dubia solvit, & huic assertio-
ni limitationes addit. *Idem Berlich. part. 2. concl. 56.*
per tot.

C A P. V.

DE

Successioni conventionali quid jus Saxonum statuatur?

§. I.

DE jure communi expeditissimum est, neque pactum
successionis affirmativum, neque negativum valere;
aliud autem de jure Saxonico receptum esse, testatur, *l.*
2. art. 30. Landrecht. art. 51. Weichbild. modo promissio
hujusmodi coram judicio sit confirmata. Et hi textus
loquuntur de pacto successionis affirmativo. De nega-
tivo hoc pacto etiam est *text. expr. im Landrecht / l. 1. art.*
13. post mediam versionem, verba sunt hæc: Hätten sie auch
ihr Erbtheil daran verlobt / der solle sie es empehren / sie wie-
derreden es dann auff den heiligen. Et hoc jure Saxonico,
hac in successione, juramentum non est necessarium,
dummodo ea coram judice & testibus fuerit facta.
Quamvis hodiè in Electoratu Saxonix aliud servetur, &
ejusmodi renunciatio indistinctè, sive judicialiter sive
extrajudicialiter facta fuerit, non valeat, nisi juramento
fuerit confirmata, *per text. in Nov. Elect. August. part. 2.*
Const. 35. Daniel Möller. (ubi ita in Scabinatu Lipsiensi
pronunciatam testatur) Libr. 2. semest. c. 9. Incip. Pater fi-
liam

liam quam habuit unicam. n. 1. & per tot. Nisi quis d. const. 35. & Dan. Moller. d. c. 9. accipere velit de renunciatione extrajudiciali, prius tamen in praxi observari, dicit Berlich. part. 2. concl. 35. n. 5.

§. 2. Sin autem maritus & uxor de successione futurâ paciscantur, quinque testium præsentiam necessariam esse, judicat Wesemb. ad tit. ff. de pact. dot. in fin. quia pacta ejusmodi sapiunt Jas: in l. nemo 55. n. 22. de leg. 1. donationem causa mortis, & ultimam voluntatem, in omni autem ultimâ voluntate quinque testes requiruntur. l. ult. C. de codicill. l. ult. C. de mort. causa don. Alii indistinctè putant sufficere præsentiam duorum vel trium testium, ut videre est ex Consult. const. Sax. tom. 1. part. 1. qu. 9. inc. etliche Schöppenstüel n. 1. & seqq. per tot. Berlich. distinctione decidit hunc casum. part. 2. concl. 51. num. 12. qui videri potest. Quam decisionem etiam approbavit Aug. Elector Saxonix in suis Nov. part. 2. const. 43. per tot. ubi Dan. Moller. in comm. n. 1. & seq. Zobel. p. 2. diff. 48. n. 12. Et de hac opinione restantur Consult. const. Sax. tom. 2. part. 1. qu. 14. incip. Nach dem die Ehestiftung n. 1. & seqq.

§. 3. Solent interdum, vel uterque, vel alteruter conjugum paciscentes, certam aliquam pecuniæ partem aut bonorum excipere, ut de eâ testari valeant, quod si verbo nihil postea disponant, dubitatur, cui reservatum cedat? Veterum sane plurimi pactitiis id successoribus adjudicarunt, sed tersius apparet judicium Electorum Saxon. qui illud heredibus legitimis destinarunt. consult. Saxon. l. 1. p. 2. q. 18. n. 20. l. 2. p. 2. qu. 3. A. Thesaur. decis. 97.

§. 4. Marito autem (quem jure Saxonico constat, conjugis suæ omnia bona mobilia, exceptis utensilibus,

libus lucrari *Sandrecht. libr. 1. art. 31. libr. 3. art. 76.*) per-
mittente, si uxor in pactis nuptialibus, quædam mobilia
sux dispositioni reservet, at jure indulto non usa, inte-
stata moriatur, reservata illa & excepta bona, non mulie-
ris heredibus consanguineis, sed marito deberi assentior
Andr. Raueb. *l. 1. qu. 39.* & Fr. Bursat. *l. 3. cons. 266.* Mari-
tus enim jure Saxonum mobiliaris, uti loquuntur, con-
stitutus heres mulieris, reservatum sibi illud, beneficio
legis, & jure quasi hereditario, arrogabit, quemadmo-
dum in specie parum dissimili Senat. Mantuan. decrevis-
se refert Joh. Petr. Surd. *decis. 272.* Et hæc paucula de ju-
re Saxonico adjicere volui.

§. 5. His ita præmissis, elegantis quæstionis est,
quam coronidis loco addam, si filia in suâ juratâ renuncia-
tione immodicè ultra dimidiam hereditatis paternæ
partem fuerit læsa, an hæc renunciatio retractari possit?
Hæc est elegans, pulchra, dubia & fructuosa quæstio, & di-
gna, ut benè & solidè enodaretur, ne tamen nimis proli-
xus videar, ideò, quid de jure civili ad hanc quæstionem
respondendum, libens omitto, & me ad Doctores qui
hanc quæstionem perspicuè tractarunt, & ferè omnes in
partem affirmativam, quæ mihi magis placet, inclinant,
remisisse sufficiat, Vid. pulchrè Didac. Covarr. (ubi mate-
riam hanc per duodecim conclusiones pertractat) *in re-
lect. cap. quamvis 2. de pact. in 6. part. 3. §. 4. inc. vicesimo
primo hæc constitutio. n. 5. 6. 7. & seqq. usque ad n. 10.* Andr.
Gail. ubi rationes, & secundum affirmativam in Camera
Imperiali pronunciatum testatur. *l. 2. obs. 147.* Et Joach.
Myns. ubi idem testatur, *cent. 5. obs. 69. per tot.* Musc. qui
negativam defendit, & limitationes affert, *tract. de suc-
cess. convent. & anom. class. 1. membr. 2. concl. 7. lit. c. n.
303. & seqq. usque ad n. 347.*

§. 6.

§. 6. In foro Saxonico, propter diversas opinio-
nes Doctorum, etiam variè pronuntiabatur, alii enim
juratam renunciationem ob enormissimam læsionem re-
tractandum esse affirmabant, alii negabant, ut constat
*ex consult. const. Sax. tom. 1. part. 1. qu. 4. inc. Et varient
die interpretes. n. 1. & seqq. & tom. 2. part. 1. q. 4. inc. Die
weil viel treffliche Rechtslehrer n. 1. & seqq. per tot. Matth.
Cöler. decis. 38. n. ult. part. 2.*

§. 7. Hodie tamen hæc controversia manifestâ
decisione Augusti Electoris Saxonie est sopita, & con-
stitutum, quod jurata renunctio, ob læsionem etiam
enormissimam non sit retractanda, in *suis Nov. part. 2.
const. 35. Ubi Dan. Moller. n. 1. & seq. Nic. Reusn. decis. 9.
n. 18. l. 1. Andr. Rauchb. p. 2. qu. 4. n. 43. post princ. Quæ
constitutio Saxonica usque adeo procedit, licet post
renunciationem factam facultates patris augeantur,
tamen filia de læsione conqueri, & retractationem juratæ
renunctationis postulare, vel supplementum aliquod pe-
tere non potest. per text. expr. in Nov. Elect. August. part.
2. const. 35. in med. vers. und wiewohl etliche darzu eine Li-
mitation &c. ubi Daniel Moller. in comment. num. 10. &
seqq. Joh. Dauth. in repet. c. quamvis. 2. de pact. in 6. n. 38.
post princ. vers. quam Electorum Saxonie queritur. In
aliis renunctationibus juratis hoc casu, si postea patris
facultates augeantur, an idem sit, vid. elegant. Nicol.
Boër. decis. 62. incip. & circa hanc quest. Doctores varia-
verunt. n. 1. & seqq. per tot. Dan. Moller. ad const. Sax.
part. 2. const. 53. n. 10. & seqq.*

§. 8. Hæc tamen constitutio Saxonica quasdam
restrictiones admittit, & imprimis restringitur, si filia,
vel alius ad renunctationem juratam dolo fuerit indu-
ctus, tunc enim juramentum non obstat, quò minus pro-
F pter

pter læsionem enormem possit rescindi, *text. expr. in Nov. Elect. August. p. 2. const. 35. §. Es were dann/ vers. vorsekliches Betrugs. Daniel. Moller. ad. d. const. 35. n. 11. sub fin. & n. seq.* Quod tamen accipiendum est de dolo, qui ex proposito intervenit, non qui ex re ipsâ ex enormissimâ læsione deprehenditur, non obstante, quod aliàs de jure civili dolus ex proposito interveniens, & ex re ipsâ ex enormissimâ læsione apparens, æquiparentur. Eleg. Dan. Moller. *in d. comment. ad const. Sax. part. 2. const. 35. n. 3. ibi Quod adeo quidem verum est, & n. seq. n. 5. & seq.* Deinde restringitur propter favorem ætatis, si enim filia adhuc in minorennitate hæreditati paternæ renunciavit, tunc propter enormissimam læsionem meritò renunciatio retractatur. *text. expr. in Nov. Elect. Aug. part. 2. const. 35. vers. es were dann wegen der Jugend.*

§. 9. Ad hoc autem constituendum ideo motus est August. Elect. Saxonix, quia inter interpretes est magna controversia, an *d. c. quamvis.* locum etiam habeat in filiâ minorennem, ita ut illa cum juramento renuncians propter læsionem non restituatur. Nonnulli enim affirmant, Didac. Covarr. *in relect. d. c. quamvis. 2. de pact. in 6. part. 3. §. 1. n. 4. ibi septimo, eidem verb. filia. & n. seq.* Musc. *tract. de success. convent. & anomalâ, class. 1. membr. 2. concl. 7. lit. c. n. 316. ibi quod vero ante dictum, n. 317. & seq. ad n. usque 343. Hartm. Pist. qu. 6. n. 7. ibi secundo ampliatur. l. 4.* Deinde, quia frequentius puellæ in ætate minorenni adhuc constitutæ conjugium appetunt, nubunt, & se maritis conjungunt, ut latè demonstrat. Musc. *d. class. 1. membr. 2. concl. 7. lit. c. n. 316. & seqq. n. 322. & seqq. usq. ad n. 33.* ideoque *d. c. quamvis.* erit accipiendum de filiâ minore, quoniam jura

jura ad ea, quæ frequenter fiunt, aptari soleant. l. 3. & seq. ff. de leg.

§. 10. Alii vero contra negant, & dicunt, dictum c. quamvis. solummodo de filiâ majore esse intelligendum; & si filia minor juramento renunciât hæreditati paternæ, quod hac renunciatione non obstante, nihilominus propter læsionem rescindi possit. Matth. de Afflict. in c. si quis investierit, tit. de feud. in cic. legis commiss. n. 35. Myns. Respons. 56. Dicad. 6. n. 14. & seqq. Didac. Covarr. in relect. d. cap. quamvis. 2. part. 3. §. 4. n. 11. vers. Sexto, ex præmissis colligitur conclusio, & n. seq.

§. 11. In hac igitur opinionum varietate Augustus Elector Saxonix posterior, tanquam æquior, & imbecillitati puellarum favorabiliorem, approbavit, ratio, quia juramentum minores facit majores, ita ut minores cum juramento contrahentes, paciscentes vel renunciantes, perinde ac majores sine juramento teneantur, nec arctius, nec levius obstringantur. auth. Sacram. pub. C. advers. vend. Didac. Covarr. in relect. d. c. quamvis. p. 3. §. 4. n. 9. Bald. II. l. 7. C. de rescind. Vend. n. 27. vers. Respondeo juramentum venit.

§. 12. Præterea sunt etiam aliæ causæ, ex quibus filia jurato renuncians, propter læsionem immodicam restituitur, puta, si filia per errorem, vim vel metum, item si multis & sollicitis persuasionibus à patre vel fratribus ad renunciandum est inducta &c. quas arbitrio boni & circumspecti judicis committit Augustus Elector Saxonix. in suis Nov. part. 2. d. const. 35. in med. vers. oder anderen wichtigen Umstände.

§. 13. Quamvis renunciatio de jure Saxonico simplex

plex absque juramento subsistat, ut supra dixi, ea tamen propter læsionem immodicam bene etiam rescinditur, *per text. im Landrecht. l. 1. art. 13. §. hätte sie auch ihre Erbtheilung/ vers. sie wiederredet es dann 2c.* quæ verba non solum de eo casu sunt accipienda, ubi filia omnino renunciationem factam negat, sed etiam ubi eam fateatur, sed dicit, quod immodicè sit læsa, ita ut hanc læsionem deficientibus aliis probationibus, juramento probare debeat. *Berlich. part. 2. concl. 53. n. 37. sub fin.* Et si renunciatio absque juramento fuerit facta, filia postea auctis facultatibus Patris, supplementum petere non prohibetur. *Berlich. d. l. n. 38.*

§. 14. Quod si igitur filia jurato hereditati paternæ renuncians, quibusdam in casibus renunciationem istam retractare possit, his casibus absolute à juramento ad effectum opus esse, extra controversiam est, & communiter omnes concedunt. *Gail. l. 2. obs. 22. n. 1. & seq. Consult. const. Saxon. tom. 3. part. 3. qu. 48. incip. geschworne Uhrsied/ n. 1. & seq. per tot. & etiam verbis expressis constitutum est, ab Augusto Electore Saxonæ, in suis Nov. part. 2. const. 35. in med. Die absolutio juramenti zu zulassen.* Et hæc absolutio hodiè ipsis assessoribus Camerae, Imperatoris & statuum Imperii autoritate est concessa, ut clarè patet. *ex ordin. Cam. part. 2. tit. von relaxation der Eydel/ 24. Gail. l. 1. obs. 1. n. 23. & obs. 25. n. 4. Myns. cent. 3. obs. 99. n. 4.* Eadem de causa, cum olim in foro Saxonico disputaretur, Ecclesie ne an politico magistratui dispensatio juramenti concedenda foret, *consult. Saxon. tom. 7. p. 1. qu. 4. n. 11. & seqq.* Augustus Elector constituit, ut relaxatio ipsa Electori immediatè, suisque successoribus facienda committatur. *text. expr. in Nov. Elect. August. part. 2. const. 30. per tot.* Ubi Dan.

Mol-

Moller. in comm. n. 4. sub fine. vers. sed in Electoratu Sa-
xonia. Zanger. tractatu de except. part. 2. c. 1. n. 429. in
princ. & sub fin. vers. relaxatio tamen juramenti. Hæc de
hac materiâ sunt. Si quid minus ingeniosè à me fue-
rit factum dictumve, nullus ambigo, quin B. L. partim
materiæ difficultati, partim hujus in utroq; jure & omni-
bus aliis diffusæ prolixitati, partim quoque imbecillitati
nostræ humanæ, quæ naturaliter inest, aliquid sit da-
turus. Sit pro hoc Deo gloria in sempi-
terna secula!

Juris linea, superficies, corpus.

Qui Themidi litant, *juris* ver-
fare videri

Corpus avent, versant nil li-
cet hocce minus.

Ergo *superficie* utuntur, non *corpore*
juris,

Planaque præ solidis pars benè
multa terit.

Linea crebra, superficies bene trita,
profundum

Tentatum corpus Te celebrare
queunt.

Acclamat

PRÆSES.

F 3

Re-

Responsis *convent*a Tuis *Successio* co-
ram.

Tot doctis clarè sistitur in ca-
thedrâ.

Hinc inter Musas de Te convenit,
ut illis

Succedas hoc Te qui docuere
Viris.

Amico gratulab.

Erhardus Weigelius, P. P.

Alumn. Insp.

Ingenii vires prodis carissime
Amice,

Nec dulci fratri cedere tute
cupis.

Nec cessas nocturnis impallesce-
re chartis,

Sed juris libros nocte dieque
legis.

Unde

Unde falem redolet specimen,
quod fistis aperte;
Consequeris nomen laudis
ubique Tibi.
Jure igitur, Kauffmann, conjun-
cti plaudimus omnes,
A summo petimus prospera,
quæque DEO!

*Doctissimo Disputationis hujus Autori,
Convictori suo carissimo ita vove-
bant*

COMMENSALS
Steinmanniani.

Mercator sitiens non ulla pericla recusat,
Mercibus externis ut divitias bene raras
Colligat, ast multis ipsa utilitate nocentes.
Mercator tute es mercis melioris, Amice,
Non vacuus mercatum quive profectus Athe-
nas,
Non vacuus redis in patriam, sed dives hono-
ris

At-

Atque artis. Talem thesaurum nocte dieque
Quæsitum pergas ornare, augere decore,
Quali nunc ornas Doctum subsellia doctus.

Ita

*Præ-Eximio Dn. Autori applaudere,
suamque erga eundem sinceram men-
tem testari debuit*

M. Christophorus Sommer/
Mellenbachio-Schwarzburgicus.

TETRAGONON.


Ardua	jam virtus	Astræae	Munera	donat
jam virtus	pulchrae te	maetat	laudis	honore
Astræae	maetat	Titulis	Apollo	beatque
Munera	laudis	Apollo	refert non absq;	favore
Donat	honore	beatque	favore	Jenensis Apollo,

*Amico & Affini suo honorando de felici
atque egregio studiorum specimine
gratulatur*

J. A. Glorius, LL. Stud.
Sondersh. Thuring.

FINIS.






ULB Halle 3
003 349 802




Sl.

W. A.







1670, 48

S. S. T.
O JURIDICA
DE

19

ESSIO.

ONVEN-

NALI,

EX
feudali & Saxonico depromta,

Quam
ORITATE
CTORUM ORDINIS
TRI SALANA,

ÆSIDE
E STRAUCHIO,

TO, SERENISSIMORUM
ON CELSISSIMI PRINCIPIS, DN.
IS BRUNSWICENSIS ET LUNEBUR-
FACULTATIS JURIDICÆ SENIORE,
I DUCUM SAXONIÆ JUDICII ET
SSORE GRAVISSIMO &c.

AC PRAECEPTORE SUO OMNI
TU DEVENERANDO,
UM DISCUSSIONI EXPONIT

ffmann / SCHWARTZBURGENSIS,
ET RESPONDENS.

Septembr. Anni 1670.
QUE CONSUETIS.

ris WERTHERIANIS.

4.

